



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 257. An Judex possit in quocumque crimine interrogare de complice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

1466 §. III. Potest reus aliquando justè appellare à decreto torturæ, uti ex l. 2. Cod. de appell. recip. probant *Bartol. Bald. Marfil. Cotta, Gom.* aliique communiter cum *Farinac.* q. 38 n. 10. & cum *Spe* d. 18. Coroll. 12. Quòd si Judex non obstante hac appellatione ad torturam processerit, & per hanc à reo confessionem extorserit, talis confessio nulla est, adeoque non sufficit ad condemnationem, uti iidem sentiunt apud *Farin.* n. 17. & 22.

Q. 257. *An Iudex possit in quocumque crimine interrogare de complice. R.*

1467 §. I. Non potest nominatim interrogare de hoc vel illo, id enim prohibet l. 1. ff. de quæstion. §. 21. qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an *Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis fecerit: alterum enim magis suggerentis quam requirentis videtur; & ita divus Trajanus rescripsit: idem cautum est in Constit. pœnali Carolina cap. 31. §. 1. Similiter iniquum est, si lictor vel alius homini torquendo dicat hunc vel illum de eodem crimine jam diffamatum esse, hoc enim etiam est suggerere, quem accusare debeat, ut tormenta declinet.*

1468 §. II. Posse Judicem generaliter interrogare de complicibus, habet communis sententia cum *Hann.* de just. T. 6. n. 281. & *Gob.* in Exp. t. 2. n. 163. in app. litt. b.: Et ita fieri circa maleficos vult L. fin. Cod. de malef. & mathem., idem autem est de aliis criminibus saltem valde noxiis Reip. Et quamvis id videatur à jure Canonico non approbari, tamen consuetudinem præscripsisse putant *Hann. & Gob.* supra.

* * * * *

* * * * *

* * *

ARTI